



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. II. Quibus locis dispersi sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

D. HAYMONIS
HISTORIAE ECCLESIASTICAE

LIBER III.

CAPVT I.

Divisio Apostolorum per provincias.

Tertius hic liber à divisione Apostolorum sumit exordium. Cum ergo Iudæi debitis cladibus urgerentur, Apostoli Domini cum cæteris discipulis ad prædicandum per provincias diriguntur.

CAP. II.

Quibus locis dispersi sint.

Origenes in explanatione Genesis, *Thomas* sortitur Parthos, *Matthæus* Æthiopiam, *Bartholomæus* Indiam citeriorem, *Ioannes* Asiam, *Andreas* Scythiam, *Petrus* Pontum, Galatiam Bithyniam, Cappadociam. *Paulus* ab Hierosolymis usque ad Illyricum, Evangelio Christi cunctos replevit; alii vero vel per hæc, vel per alia loca, secundum quod spiritus sanctus voluit, dimittuntur, sicut propria eorum gesta habent. De quibus fortasse ideo tacuit *Origenes*, quia vita & actus eorum minus autentici sunt, vel ab hæreticis & impostoribus conscripti. *Petrus* itaque prædicationis suæ monumenta reliquit duas epistolas: similiter & *Iacobus* frater Domini duas: *Ioannes* item duas: *Iudas* vero qui & *Tatthæus*, unam: *Paulus* XIV. scripsit. De illa tamen, quæ est ad *Hebræos*, quandoque apud Latinos dubitatum est.

Clemens